

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Thomas Lindemann

**Programma Quo Academicci, omnesq[ue] adeo Literati, ad Disputationem  
Inauguralem invitantur, affixum 17. Augusti. Prodecano Iuridicae Facultatis In  
Alma Rosarum Thoma Lindemanno I. D. Et Professore**

Rostochi[i]: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732479495>

Druck    Freier  Zugang




R. U. jir. 1615.  
Lindemann - Wasmann. / 6  
+ Progr.



7152  
PROGRAMMA  
Quo Academicí, omnesq; adeò  
Literati, ad Disputationem Inauguralem  
invitantur, affixum 17. Augusti.

PRODECANO  
JURIDICÆ FACULTATIS IN  
ALMA ROSARUM

THOMA  
LINDEMANNO  
J. D. ET PROFESSORE.



ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XV.



Eum studium omnibus  
gentibus, etiam Ethnicis a-  
deo sanctum & venerabi-  
le semper fuit, ut id nulla  
humana arte vel industria  
ad inventum, sed a fove  
certis terrestribus Dijis  
Deabusq; apertum, aq; ita generi humano a-  
pertum vel impertitum esse, proditum sit.  
Hinc Aegyptij Mercurium, Spartani Apollinē,  
alijs Ageriam, alijs Vestam, alijs alias Deas.  
Deosq; Legum auctores conditores lauda-  
runt: et Nomothetas ipsos, ut Lacedemonij  
Lycurgum & Draconem, Athenienses Solo-  
nem & Platonem, Crotoniata Pythagoram,  
Eleenses Parmenidem, Cretenses Ephorum,  
Carthaginenses Phaleam, numinum instar  
susplexerunt & venerati sunt. Romans  
quoq; varias quidem & salutares ab urbe con-  
dita Leges Regias, Sacras, Tribunitias tu-  
lerunt, easq; deinceps 12. tabulis publicatis,  
certisq;

certisq<sub>z</sub> actionum formulis adinventis, illu-  
strarunt, sed ea tam sanctas & religiosas re-  
pudiarunt, ut jus ijs comprehensum non publicè  
docendum, sed Collegio pontificum, & Cto Pom-  
ponio attestante, veluti deoū conservan-  
dum, & ab ijs non secus acce<sup>r</sup> Apollinis Tri-  
pode humano generi communicandum duce-  
rent. Quod Cicero divinitus institutum  
pro domo sua scribit, ut scilicet idem Rei-  
pub. qui Religioni praeffent, sic & apud Judeos  
ipsi Pontifices, apud Gallos Druidae, apud ipsos  
Germanos Sacerdotes juris & legum studium  
velut sanctum sibi vindicabant. Recte namq<sub>z</sub>  
statuebant maiores nostri vix quemquam  
noſſe res humanas, nisi qui & divinas cogni-  
tas haberet, ut Indum, ad Socratem dixisse  
Eusebius auctor est.

Quamvis verò Appius Claudius juris  
arcana Pontificibus concredita in ordinem  
redegerit, ejusq<sub>z</sub> scriba Cneus Flavius librum,  
hunc surreptum populo tradiderit, adeoq<sub>z</sub> ius  
civile, ut Valerius memorat, in penetralibus  
Pontificum abditum publicarit, & fastos circa

A 2 forum

forum publicè in albo proposuerit , eoq; nomine  
praclarè de Rep. meritus sit , tamen jus ciri-  
le evulgatum plebiscitis , Senatus Consultis ,  
pratorum edictis , prudentum responsis , adeò  
auctum , confusum & obscuratum fuit , ut ad  
eius scientiam paucissimi pervenerint : qui-  
cunq; autem in illo genere praclarialiquid pre-  
stiterunt , inter quos Sextus Appius , Clau-  
dius Sempronius , Scipio Nasica , Q. Fabius  
& alij eminuerunt , ij adeo invidi extiterunt ,  
ut jus publicè profiteri noluerint , sed interro-  
gantibus tantum de jure responderint . Cu-  
jus rationem Tullius de Oratore adsignat :  
Veteres , inquit , qui huic scientia præfuerunt  
obtinenda & augenda potentia sua causa pro-  
mulgari hanc artem noluerunt . Unde usq;  
ad Titi Coruncani temporanemo extitit , qui  
jus civile publicè docuerit , sed in latenti ( ut  
Pomponius ait ) Furisperiti retinebant , &  
consultoribus vacare , quam discere volenti-  
bus malebant . Quo tempore difficilis &  
gravis erat ad Furis sacraria accessus . Co-  
runcanius vero ejusq; sequaces , ut veteres

Musa-

Musarum Januas candidas & apertas fin-  
xerunt, ita & Themidos penetrale ingredi-  
aventibus id minime occludendum, sed scien-  
tiam Juris palam docendam esse recte statue-  
runt. Sic Seneca ad Lucilium scribens  
ait; Omnia quæ scio in alium transfundere  
desidero: Imo eam sapientiam, quæ uni in-  
clusa servanda committitnr reijcio, nec ullius  
boni sine socio jucundam possessionem esse exi-  
stimo. Vestigia Coruncanij calcantes com-  
plures viri præclarri quavis arate non tantum  
de fure respondendo, sed & publicè viva voce  
& scriptis id illustrando fontem Iuris omni-  
bus ejus scientia sitientibus aperuerunt, et ut  
Salomon in Proverbis ait, foras deriva-  
runt. Verum cum magnum sit & grave  
munus de jure respondendi & jus profitandi,  
id non promiscue omnibus ingenij fiduciam  
presumentibus, sed ab ordine probatis & au-  
ctoritate Regia dignis electis ab Augusti Im-  
peratoris temporibus collatum est. Adria-  
nus Imperator prætorijs viris hoc petentibus  
neffpondit: Id non peti, sed solere & debere, id

A 3.

est:

est, ut recte Accursiana glossa explosa, Zasius explicat, non solum petendum & ambiendum, sed præstandum facto scil. petentem eo munere dignum esse comprobandum. Nec enim aliis nisi justus & honestus labor, teste Cicerone, honoribus & præmijs decorari debet. Unde & Imperator Julianus sanxit eum qui docere jura imprimis intendit, non repente profilire ad hoc munus debere, sed judicio ordinis probatum decretū Collegij promeritum, atq; ita conspirate optimorū assensu dignū judicatū esse oportere. Hinc in Alma nostra juxta ac alijs Academij receptum est, ut petentes quidem summos honores non repellantur, nec tamen ad petitionem, solam nisi se tales esse, quales haberi, dici, & honorari volunt, facto prætent, & in Examini bus solitis & privatis & publicis instar auri fornace comprobati, (ut DD.loquuntur) ad quasvis flamas coſtiterint, & puri evaserint, admittuntur. Cum itaq; vir Ornatusimus Doctissimus Dn. PETRVS VVAS-MVNDT, limpido furis in Academia nostra scaturientis & affatim effluentis necta.

nectare mentem imbuerit, publicas lectio-  
nes sedulo audiverit, lacunas privatas spre-  
verit, & nunc demum laboris exantlati pra-  
mia à Facultate nostra sibi conferri petive-  
rit, pro laudabili Academia more examini  
privato sat rigoroso, eum subiecimus: In  
quo omnes ictus & tela tanta dexteritate  
excepit, declinavit, gryp-hos nodosq; juris  
ea arte dissolvit, ut eum qui summos in Jure  
gradus ambiat & exambiat dignum judice-  
mus. At cum non sufficiat privatim testi-  
monium, diploma vel bullam obtinuisse, sed  
omnino publicè de Eruditione Candidati no-  
stri constet, oporteat: Ideo Eum in aciem  
Academicam publicam producimus, omni-  
bus examinandum & probandum sistimus.  
Exhibit autem vobis velitationem utilem,  
juxta ac difficultem de Jure Emphyteuseos, de  
qua certamen publicum ad futurum diem,  
Iovis qui 17. Augusti erit, indicit.

Ut vero id augustius & conspectus non  
tantum sit, sed & spectatores juxta ac pa-  
laestritas fructu optato beat, Magnificum


Recto-

Rectorem, Dominos Professores, Doctores, Studiosos omnesq; Litteratos & Litteratorum amantes rogamus, actum hunc disputationis solemnem praesentia sua cohonestare, de Thesibus praepositis nobiscum conferre, & Domini Candidati progressus explorare haud graventur, id nos grata mente agnoscemus & omni studio demereri annitemur. P P. Rostochij, sub Sigillo Decanatus nostri, 13. Augusti Anno 1615.









item imbuerit, publicas lectio-  
nibus diverit, lacunas privatas spre-  
nc demum laboris exantlati pra-  
tate nostra sibi conferri petive-  
dabili Academia more examini  
rigoroſo, eum subiecimus: In  
Hus & tela tanta dexteritate  
linavit, gryp-hos nodosq; juris  
vit, ut eum qui summos in Jure  
iat & exambiat dignum judice-  
cum non sufficiat privatim testi-  
plema vel bullam obtinuisse, sed  
licet de Eruditione Candidati no-  
porteat: Ideo Eum in aciem  
in publicam producimus, omni-  
andum & probandum sistimus.  
rem vobis relitationem utilem,  
scilem de Jure Emphyteuseos, de  
en publicum, ad futurum diem,  
Auguste erit indicit.  
id augustius & conspectus non  
sed & spectatores juxta ac pa-  
tu optato beat, Magnificum  
Recto-

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 976